

Passion. Dominicam. Et Drusium ad c.27. v.34. fol.828. Matth. in Tom.6.
Critic. Sacr. Ideò Imperator istum abusum voluit tollere & statuere, ut
 reus condemnatus, qui mortis meditationes fovere debet, nimiō potu
 vini generosioris non obruatur. Mens namque vinō obruta ne qui-
 dem hujus vitæ nunciis, nedum pietati rectè vacare potest. Remus *ad*
b. art. p. 80. Mantz. *ad eund. n. 21. 22. p. 319.*

ARTIC. LXXX.

*Judicium convocatio.**Verkündigung zum Gericht.*

Um Gericht soll verkündiget werden / wie an jedem Ort mit guter
 Gewohnheit herkommen ist.

AD ARTIC. LXXX.

ARGUMENTUM.

*Ad Judicium capitale convocatio Judicium instituenda est juxta mo-
 rem & consuetudinem in quovis loco receptam.*

EXEGESIS.

Notandum. 1. Quod, quoties causa capitalis decidenda est per legi-
 timam sententiam, omnes illi, qui sunt de collegio Judicium & Assess-
 orum, convocandi sunt : quia, quando pluribus concessa est ju-
 dicandi potestas, ita, ut omnes isti repräsentent unum, tum illorum of-
 ficium habetur pro individuo, atque ita unus vel duo absque alio-
 rum consensu sententiam ferre nequeunt, cum uni soli nec Jurisdictio,
 nec exercitium Jurisdictionis competat, adeoque sententia ab uno vel
 duobus absque reliquorum Collegarum consensu & approbatione lata
 ex defectu Jurisdictionis sit nulla. Sebastian Vantius in *Tratt. de Nullit.*
 & *quid. ex defectu Jurisdict.* n. 175. 176. p. 240.

2. Si unus vel alter ad Judicium vocatus ob legitimam & sufficien-
 tem causam emanserit, uti est vis hostilis, adversa tempestas, luctus do-
 mesticus, adversa valetudo, & aliæ causæ, quas enumerat Mynsinger.
Cent. 4. Obs. 57. n. 6. p. 318. tum reliqui in judicando pergere, & sententiam
 ferre possunt.

Oo

3. Quo-